



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum Theologis ac præcipuè Societatis Jesu

Estrix, Aegidius

Moguntiaë, 1679

Propositio XXXVIII. Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere,
quod ablatum est per pauca furta, quantumcunque sit magna summa
totalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

PROPOSITIO XXXVIII.

Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furtiva, quantumcumque sit magna summa totalis.

Hic vero accusator suâ autoritate utitur, corrigitque Decretum impressum in Typographia Camerae Apostolicæ, & pro his verbis *per pauca furtiva*, Flandricè ponit hæc, *per parva furtiva*; quod non fuerunt ausi facere Episcopus Castoriensis, & plures alii, qui Decretum in Belgio curarunt recudi: sed nos tantâ moti autoritate ratam habeamus correctionem.

Propositionis autorem facit Stephanum Baunium in *Sum.* pag. 220. & quidem verbis *claris* idem docentem.

Imposturam lector videat. Baunius ibi in re disputatissima inter Theologos hoc unum definit, quod ultimum furtum minutum, quo completur damnum grave, non sit peccatum mortale; mox verò ait, inde quosdam conficere, non esse obligationem gravem restituendi summam minutis furtis acceptam. Non approbat illationem.

Porro doctrina illa Baunii de ultimo furto minuto, est sine dubio illorum omnium, qui negant minutis furtis multiplicatis peccari mortaliter, si absit intentio perveniendi ad summam

mam
tur. A
Doct
lis 16
1630
non p
plent
annes
Hi
(qua
gatio
grave
S. T.
26.
liter
quana
convi
gusti
caver
die 2
culpa
do ma
omn
tio f
se Ba

mam gravem, etsi revera ad illam perveniat. Atqui hoc Lovanii propugnarunt S. T. Doctores; Libertus Fromondus die 22. Aprilis 1652. Ægidius Bajus die 19. Septembris 1630. illum vero qui restituere non potest, non peccare mortaliter ultimo furto complente materiam gravem Lovanii defendit Joannes Schinckelius die 22. Augusti 1653.

Hinc verò legitimam esse consequentiam (quam non admisit Baunius) non esse obligationem gravem restituendi illam summam gravem, defendendum Lovanii susceperunt S. T. Doctores, Franciscus van Viane die 26. Februarii 1655. *Ex delicto solum venialiter culpabili nasci obligationem restituendi, quando materia, aut damnum est grave, minimè convinces.* Joannes Schinckelius die 23. Augusti 1655. *si damnificans tantum venialiter peccaverit, ad nihil tenetur.* Guilielmus ab Angelis die 25. Junii 1648. *Ex delicto solum venialiter culpabili nulla nascitur obligatio restituendi, quando materia & damnum est grave.* Atque in his omnibus ne quidem venialis obligationis mentio fit: de qua doctrina nihil videtur suboluisse Baunio.



P R O-